



Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

Capitulare primum anni DCCCXIII. sive capitula XXVIII. de confirmatione
constitutionum quas Episcopi in synodis auctoritate regia nuper habitis
constituerant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-19366

501 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI M. 502
815. I.M.P. 15.

Guidbertus Diaconus ad vicem Ercan-
baldi recognovit.

Data iv. Nonas Aprilis anno Christo
proprio imperij nostri xii. regni vero

in Francia xli. atque xxxviii. in
Italia, Indictione quinta.

Actum Aquigrani palatio regio in
Dei nomine feliciter. Amen.

Privilegia Hispanorum in regno Francorum, id est, in ea parte Hispanie citerioris quam circa
Rubricatum est, communiorum confirmarunt Ludovicus Pius & Karolus Calvus. Eorum praes-
cepta edita sunt infra ad annos DCCCXV. & XVI. & in Capitulis Karoli Calvi tit. vi.

CAPITVLARE PRIMVM ANNI DCCCXIII.

S I V E

Capitula xxviii, de confirmatione constitutionum quas Episcopi
in synodis auctoritate regia nuper habitis constituerant.

INCIPIVNT CAPITVL A.

1. De baptismo rite celebrando.
2. Ut laici Presbyteros de Ecclesie non ejiciant.
3. Ut laici pro datis Ecclesie munera non exigit.
4. Ut Canonici & monachi secundum ordinem vivant.
5. Ut in monasteriis Puellarum Presbyteri peralti sacris non subsistant.
6. Ut plures in monasteriis quam ferre possint non recipiantur.
7. De decimis.
8. De incœfusis investigandis & coercendis.
9. De pace & concordia.
10. Ut Comites Episcopis obedient, & justicias faciant.
11. Ut tempore famis unusquisque suos alere studeat.
12. Ut Episcopo licet de thesauro Ecclesie pauperibus erogare.
13. Ut iusta sint pondera & mensura.
14. Ut predicatione assidue fiat, & ab omnibus intelligatur.
15. De iis que dominico die fieri non debent.
16. Ut Episcopi parochias suas circumveant.
17. Ut chrisma sub figillo custodiatur.
18. Ut parentes & patrini filios suos doceant.
19. Ut Ecclesie antiquis sua jura serventur.
20. In Ecclesie sepelire quos licet.
21. Ut placita in Ecclesie carmine atris non siant.
22. Ut res pauperum fraudulenter non acquirantur.
23. Ut fugitiivi Clerici redire compellantur.
24. Ut qui beneficium habet Ecclesia, ad eius facta testa adjuvet.
25. Ut publici criminis rei publicae penitentiae subjiciantur.
26. Ut Presbyteri quod docent opere compleant.
27. De Presbyteris qui confessiones revelare dicebantur.
28. De tumultibus quos faidosi homines excaecabantur.

INCIPIVNT SVPRASCRIBTA CAPITVL A ET FORVM TEXTVS.

De baptismo rite celebrando.

Conc. Aic.
lat. VI.
can. p.
I. **V**T unusquisque Archiepiscopus suos suffraganeos diligenter studiosè ammonere studeat ut unusquisque suos Presbyteros puriter investigare non neglegat baptismatis sacramenta qua-

Tom. I.

liter agant, & hoc eos studiosè doceant, ut ordinabiliter fiat.

Ut laici Presbyteros de Ecclesie non ejiciant.
II. Ut laici Presbyteros non ejiciant de Ecclesie, nec alios mittere præsumant. *Aiclat. VI.
can. 4.*

Ut laici pro datis Ecclesie munera non exigit. *Aiclat. VI.
can. 5.*

II ij

nera exigere à Prefbyteris propter commendationem Ecclesie cuique Presbytero.

Vt Canonici & monachi secundum ordinem vivant.

Arelat. VI. I V. Providendum necesse est qualiter canonici vivere debeant, necnon & monachi, ut secundum ordinem canonicum & regularem vivere studeant.

Vt in monasteriis pullarum Presbyteri peractis sacris non subsistant.

Moguntiac. can. 24. V. De monasteriis pullarum, ut Presbyteros opportuno tempore ad Missarum solemnia licet advenire, & iterum ad proprias Ecclesias redire.

Vt plures in monasteriis quam ferre possint non recipiantur.

Moguntiac. can. 25. V I. Ut plures non mittantur in monasteria Canonicorum arque monachorum seu pullarum quam suffici posse.

De decimis.

Arelat. VI. VII. De decimis ammonendis. De incelsis investigandis & coercendis.

Moguntiac. can. 25. VIII. De incelsis omnino investigandum, ut ab Ecclesia expellantur, nisi penitentiam egerint.

De pace & concordia.

Arelat. VI. IX. Ut pax sit & concordia inter Episcopos & Comites & reliquos Clericos & monachos & laicos.

Vt Comites Episcopis obedient, & iustitias faciant.

Arelat. VI. X. Ut Comites & Iudices seu reliquus populus obedientes sint Episcopo, & in vicem consentiant ad iustitias facendas, & munera pro iudicio non accipiant, nec falsos testes.

Vt tempore famis unusquisque suos alere studeat.

Arelat. VI. XI. Ut unusquisque propter inopiam famis suos familiares & ad se pertinentes gubernare studeat.

Vt Episcopo licet de thesauro Ecclesie pauperibus erogare.

Turon. III. XII. Ut unicuique Episcoporum licet de thesauro Ecclesie pauperibus erogare ad nutrimentum secundum canones, cum testibus.

Vt iusta sint pondera & mensura.

Arelat. VI. XIII. Ut pondera vel mensurae ubique æqualia sint & iusta.

Vt predicatione assidue fiat, & ab omnibus intelligatur.

Moguntiac. can. 25. XIV. De officio predicationis, ut juxta quod bene vulgaris populus intelligere possit assidue fiat.

De his que dominico die fieri non debent.

X V. Ne dominicis diebus mercatum Arelat. VI. fiat, neque placitum; & ut his diebus ne- can. 16. mo ad pœnam vel ad mortem judicetur. & Mogun- can. 17. de operibus cavendis ammoneantur.

Vt Episcopi parochias suas circameant.

X VI. Ut unusquisque Episcopus in Arelat. VI. termini circumeat parochiam suam docen- can. 17. do & ammonendo, & queque sunt necel- laria emendare studeat. Et si quid emen- dare nequierit, ad prædictum placitum proferat.

Vt christina sub sigillo custodiatur.

X VII. Ut Presbyteri sub sigillo custo- Arelat. VI. diant christina, & nulli sub praetextu me- can. 18. dicinæ vel maleficij donare presumant. Quod si fecerint, honore preventur.

Vt parentes & patrini filios doceant.

X VIII. De fide unusquisque compa- Arelat. VI. ter, vel parentes, vel proximi, filios suos can. 19. spirituales catholice instruant, ita ut coram Deo ratiocinare debeat.

Vt Ecclesiæ antiquis sua jura serventur.

XIX. Ut Ecclesiæ antiquis constituta- Arelat. VI. te nec decima nec alia ulla possessione pri- can. 20. ventur, ita ut novis tributatur Ecclesiæ.

In Ecclesiæ sepelire quos licet.

XX. Ut mortui non sepeliantur in Ec- Arelat. VI. clesia, nisi Episcopi, vel Abbates, vel can. 21. fideles & boni Presbyteri.

Vt placita in Ecclesiæ earumque atris non fiant.

XXI. Ut placita in domibus vel atris Ecclesiæ minime fiant. Arelat. VI. can. 22.

Vt res pauperum friendenter non acquirantur.

XXII. Ut Comites, vel Vicarij, seu Arelat. VI. Iudices, aut Centenarij sub mala occasio- can. 23. ne vel ingenio res pauperum non emant, nec vi tollant. Sed quisque hoc compa- rare voluerit, in publico placito coram Episcopo hoc faciat.

Vt fugitiui Clerici redire compellantur.

XXIII. Ut unusquisque Episcopus in Arelat. VI. sua parochia Presbyteros vel alios Clerici- can. 24. cos diligenter inquirat, & fugitiuos ad sua loca redire faciat & ad proprium Episco- pum suum.

Vt qui beneficium habet Ecclesia, ad ejus fortatetela adjuvet.

XXIV. Ut quisque beneficium ecclesiasticum habet, ad recta Ecclesiæ restauranda vel ipsas Ecclesias omnino adju- Arelat. VI. venit.

Vt publici criminis rei publica panitia-

subjiciantur.

XXV. Ut qui publico crimen convi- Arelat. VI. can. 25.

505 ANNO CHRISTI Regum Francorum. KAROLI M. 506

813.
Ati sunt rei publicè judicentur, & publicam penitentiam agant secundum canones.

Vt Presbyteri quod docent opere compleant.
XXVI. Vt Presbyteri bene vivere studeant, & ita populum doceant.

De Presbyteris qui confessiones revelare dicebantur.

XXVII. Vt hoc inquiratur, si de partibus Austrie verum est quod dicunt an-

non, quòd Presbyteri de confessionibus accepto pretio manifestent latrones.

De tumultibus quos faidosi homines excitabant.

XXVIII. Vt inquiratur diligenter de faidosis hominibus, qui solent incongruas commotiones facere, tam in dominicis diebus quamque & aliis solemnitatibus, sicuti & in feriaticis diebus. Hoc omnino prohibendum est, ne facere presumant.

Haec tenus Edicti hujus capitula, vel summa potius ac brevia capitolorum. In altero autem ADMONITIO codice Gandavensi, ex quo & postrema duo capita descriptimus, que in Metensi non sunt, FEPIO SIRMONDI quebantur præterea hoc loco repetebanturque ex superioribus capitula duo, quartum nimurum & quintum, sed plena atque integra, in hunc modum.

IV. Providendum omnino ac dili-
genter exquirendum qualiter Canonici vi-
vant, necnon & monachi, ut unusquisque
corum secundum ordinem canonice
ac regulariter vivant, & non similiter; id
est, ut refectoria & dormitoria una simul
observentur, quemadmodum jam dudum
in Capitulis nostris injunctum habemus.

V. De monasteriis puellarum, ut Pref-
byteri certo tempore ad Missarum solem-
nia celebranda licet ad eas in Ecclesia

convenire, & mox ad proprias redire Ec-
clesias. Ceteri vero Clerici vel laici simi-
liter observentur, ut nequam in ea-
dem monasteria ingredi audeant, nisi ne-
cessitas causa ipsius monasterij compul-
erit. Hoc tamen cum summa providentia
Episcopi vel Abbatissæ fiat. Similiter &
hoc pleniter observandum sit, ut feminæ
per domos Clericorum minime discur-
rant.

CAPITVLARE SECUNDVM

ANNI DCCCXIII.

S I V E

Capitula xx. de justitiis faciendis, ex lege Salica, Romana,
& Gundobada,

*Nunc primum edita ex septem antiquis codicibus manuscriptis, uno Palatino bi-
bliothece Vaticana, altero sancti Remigii Remensis, tertio sancti Vincentij
Metensi, quarto Petri Pithei, quinto Iacobi Sirmundi, sexto Philiberti de la
Mare Senatoris Divisionensis, septimo Navarrico.*

KAROLVS serenissimus Imperator Augustus, à Deo coronatus,
magnus, & pacificus, cum Episcopis, Abbatibus, Comitibus,
Ducibus, omnibusque fidelibus Christianæ Ecclesiæ cum consensu
consilioque constituit ex lege Salica, Romana, atque Gundobada ca-
pitula ista in palatio Aquis, ut unusquisque fidelis justicias ita faceret,
qua & ipse manu propria firmavit capitula ista, ut omnes fideles manu
roborare studiissent.

I iij